Barthólin, Thomas 1616-1680

De unicornu. 304-(24) s. [1644?]

Titelbladet och s.1-32 saknas.

Gad. n:r 262

Bart

de

Et revera cornua capiti ejus hæſiſſe firmiter aliquibus perſuaſum, ut legi per eũ latæ major accederet auctoritas, quod apud *Hen. Salmuth* Not. ad *Pancirolli*. Deperdita reperias. Alij de cõcinnis Moyſis capillis hæc cornua explicant. Crinium quippe artificium cornu appellat *Iuvenalis*:

> *Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flavam*
> *Cæſariem, & madido torquentis cornua cirro?*

Et alibi —*cornua crinum*
> *Plexus in acutum intorti.*

non diſſentiente *Cælio Rhodigino* l. 30. Lect. Ant. cap. 1. *ſcribunt nonnulli ex Grammaticis Græcis cornua item pro capillis poſita inveniri, quia utraq; eodem enaſcantur modo*. Tale crinium artificium novæ nuptæ Venetæ geſtãt, & de omnibus Arabiæ felicis incolis refert *Ludovicus Varthema* in Vrbis Reami deſcriptione, cornua ex capillis more ſolenni portare. Quam conceptam de Moyſe opinionem in ærea ejuſdem ſtatua magnifico opere Melitæ in templo Cathedrali D. Ioannis 1550. erecta Galli ſequuti ſunt inflexis crinibus egregie cornua æmulantes, ut teſtes ...cum eſſe poſſunt itineris comites D. *Ioan- ...an Horn*, & *Theodorus Fuiren* Conſobri-... Sed has de Moyſe conjecturas facer